

*Elige statum quemvis et Deus dabit tibi gratiam competentem et propriam ut in illo statu decenter et sancte vivas.* Ita Ambrosius et hoc proprie hic intendit Apostolus. . . Cœlibatus est consilium Dei et Christi, qui illum omnibus proponit et consulit : non consulit autem nisi quod est in ejuscumque potestate. . . Quisque ergo sui status proprium donum, id est, propriam gratiam (ad cœlibatum et virginitatem necessariam) habet in actu primo, in Dei præparatione, et *habebit eandem in actu secundo, si velit serio et constanter Deum orare, ut gratiam sibi præparatam exhibeat, et si gratiæ exhibitæ strenue velit cooperari* (1).»

Lisons maintenant ce qu'ont écrit les Pères de l'Eglise sur cette question. Je les cite surtout d'après Damanet.

« Que celui qui veut comprendre la parole du Seigneur sur la chasteté, dit *Origène*, en demande l'intelligence avec foi en

(1) Pour avoir toute la doctrine du savant Corneille Lapierre sur cette question, il faut encore lire son commentaire sur le texte de saint Mathieu (XIX, 12) :

*Sunt eunuchi qui seipsos castraverunt propter regnum celorum. Qui potest capere, capiat.* Commentant ce texte, Corneille Lapierre a écrit : Hæc enim verba : Qui potest capere, capiat, hortantis et animantis ad cœlibatum, ait Hyeronimus et Chrysostomus, ac proinde significat illum a Christo consuli, ideo eundem esse *in nostro arbitrio et potestate*, si gratiam Dei invocare, illique strenue cooperari velimus. Nec obstat quod dicit : « Qui potest » ; hoc enim significat dumtaxat cœlibatum esse rem arduam, quasi diceret : Qui vult sibi vim inferre, qui vult libidini generose resistere, qui vult ad arduum continentiæ culmen conscendere, ille eandem amplectatur, capiat et capessat. Omnes ergo fideles habent potestatem non proximam, sed remotam ad continendum.

Mais il y a le verset II : *Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est.* Corneille Lapierre nous explique ce verset. Licet non omnes fideles habeant donum continentie, quo actu contineant, sicut non omnes justii habent donum perseverantie, quo actu in justitia perseverent ; tamen sicut omnes justii habent donum perseverantie quo in Dei gratia perseverare possint, si velint ; sic pariter omnes fideles habent donum continentie in actu primo, *quo possint continere, si velint* ; si videlicet vires et gratiam ad continendum assidue a Deo efflagitent, ac Dei gratiæ ad custodiam oculorum, fugam odii, macerationem carnis, etc., cooperentur. Ita S. Chrysostomus, Origenes, Theophylactus, Euthymius, et Hieronimus hic, S. Augustinus (in Ps. 137), S. Ambrosius (Lib. 3, de vid.), Tertullianus (Lib. de Monog.), et alii, et patet ex hoc loco. Christus enim hic, æque ac Paulus (I Cor. VII) *cuiuslibet fideli suadet et consulit continentiam* : nihil autem suadetur et consulitur, nisi quod in hominis est arbitrio et potestate cum Dei gratia, quam scilicet Deus *cuiuslibet postulanti præparat et offert*. Secus est de dono prophetiæ, linguarum, curationum, miraculorum : hoc enim Deus non omnibus præparat et offert, sed paucis dumtaxat a se electis ad commune fidelium bonum. (Com. in Mat., c. XIX, v. II et 12.)